alios omnes consequenter causis eiusdem terminos semper peremptorios ex-
sa infirmitate, Actibus maiori, minorennitate successorum, Lega-
tione intra vel extra Regnum servitio Militari ad moriendum
to vel aliis quibuscunque dilationibus et legalibus impedimentis
non differendo, submisitque omnes palmis simplicibus vel triplicatis Inqui-
sitionibus, Suspensionibus, Statutis Iuris, Conservandis Terrae, bello, Co-
mitiisque ac aliis quibuscunque iuris remediis et defensis non sub-
terfugiendo. Hac sua parte Inscriptionis ad submissa omnia mediante.

Humnicki Subdapifer Krasickiemu Dapifero Terrae Sanocensis roborat Chirographum.

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Generosus Samuel de Humniska Humnicki Subdapifer Terrae Sanocensis, sanus mente et corpore existens, recedendo a Terris, districtibus, iuribus, iurisditionibusque suis quibuscunque propriis et competentibus, tandemque Terris Castrensis Capitaneatus Premisliensis Officii iurisditioni se submittens ac bona sua generaliter omnia, quoad actum praesentem attinet, totaliter et plenarie incorporando ac subiciendo, palam, libere, publice ac per expressum recognovit. Quia ipse se ac suos successores, in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniariis quibuscunque habitis et habendis Generoso Joanni a Siecin Krasicki, Terrae eiusdem Sanocensis Dapifero ac

ac

ac eius posteris inscribit et obligat praesentibus, recognitionem certam manualem ipsius recognoscentis in manus eiusdem Generosi Krasicki, una quaevis sui conditionum in eadem contentarum, de actu et data hic Premisliae die hodierna in actis contenta datam, manu sui recognoscentis subscriptam et sigillatam, in omnibus et singulis illius conditionibus, punctis, clausulis, articulis, ligamentis et nexibus generaliter universis, firmiter tenere, complere, exequi ac inviolabiliter observare, omnibusque et singulis eiusdem recognitionis contentis, tam in toto quam in quavis minima parte, toties quoties opus fuerit satisfacere. recognitionem praefatam ad inscriptionem petitam et Inscriptionem praefatam ad recognitionem ipsam tam in toto referendo. Idque sub vadio Trecentorum septuaginta poenae bonae florenorum pro eadem recognoscente Generoso Samuele Humnicki aut eius successores, in casu submissorum in toto aut in parte non adimpletionis praefato Generoso Joanni Krasicki eiusque posteris ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo submisso succubuit pariter et re aliqua ex submissis non completa complenda, citatus erit is idem Recognoscens Generosus Samuel Humnicki aut eius successores, ad Instantiam praedicti Generosi Joannis Krasicki aut eius posterorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneatus Premisliensis, ex tunc recessu supposito, quoad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare, parere, respondere, vadium suppositum luere, et pro resistentiaque praedicta, pro qua citatus fuerit, Inscriptionique praesenti in toto satisfacere, ac iudicatum pati debebit ac tenebitur, seque ac suos successores ad eadem

oīa obligat: eandē Terminū primū peremptoriū et alios consequentes causae eiusdē Terminos semper peremptos vera infirmitate, adversa maiori, minorennitate successorū, legatione intra vel extra Regnū, servitio militari, ad armamenta, ad Evictorē, vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis nō differendo: nullasque promotiones, appellationes, protestationes, ac earū praesentationes faciendo, praemissaque omnia poenis simplicibus vel triplicatis, quasi omnibus suspensionibus, Statutis Juris, praescriptione Terrestri, bellis, evacuationesque, vel aliis quibusvis iuris remediis et defensis nō subterfugiendo. Hac sua parte personali recognitione ad praemissa oīa mediante.

Sabbatho post Festum Nativitatis Beatissimae Virginis MARIAE proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Quarto.

1634 9/IX

M. Grochowski Castellanus Derpatensis et Czerniecczy roborant Intercisam.

Comparentes personaliter corā Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis, Magnificus Thomas à Grochowce Grochowski Castellanus Derpatensis ab una; et Nobiles Joannes Pater et Stanislaus Filius Czerniecczy ab altera partibus, sani mentibus et corporibus existentes; à Terris, districtibus, iuribus, iurisdictionibusque quibusvis

suis

suis propriis et competentibus recedendo; huius autē Castrensis Capitaneatus Premisliensis Officii iurisdictioni, se cū successoribus ac bonis suis quantis omnibus, quoad actū praesentem, totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam libere publice ac per expressum recognoverunt, et quilibet eorū suo per interesse seorsum ac sigillatim recognovit. Quia ipsi se ac suos successores, in et super bonis suis quantis omnibus ac summis pecuniariis quibusvis habitis et habendis mutuo et invicem una pars alteri, ac pariter utraque partis inscribit et obligat Intercisam certā inter se recognoscentes, ratione certorū rerū et conditionū in eadē contentarū, de actu et data illius hic Premisliae [illegible] [illegible] [illegible] praesentis confectā, manibus recognoscentium subscriptam et sigillatam, in omnibus et singulis eiusdem Intercisae conditionibus, pactis, clausulis, articulis, ligamentis et [illegible] generaliter universis, firmiter tenere, complere, exequi ac inviolabiliter observare; omnibusque et singulis eius contentis, tā in toto quā in quavis minima sui parte, toties, quoties opus fuerit satisfacere: Intercisam praesentē ad Inscriptionē praesentem et inscriptionem praesentē ad praesentem Intercisam in toto vicissim referendo. Idque sub vadio trium Millium [illegible] Polonicalium florenorum, per unā partem et ipsius successores parti alteri, ac eius posteris, ob non cōpletionē praemissorū eiusdē et singulorū, etiam in toto, quā minima quavis parte toties quoties opus fuerit ad solvendū succumbendo. Pro quo quidē vadio, ac alia aliqua ex praemissis non cōpleta cōplenda, cōpetentibus praemissis citata exercere praenominatae pars alterutra praemissa non tenens, aut eius successores, ad instantiā parti alterius praemissa tenentis, aut eius successorum, ad Officium Castrense Capitaneatus Premisliensis, ex hac recessu [illegible], quoad respondendū, et in [illegible]